



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 33. Episcopi Ægypti expulsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Arianos in possessionem Ecclesiarum miserat, exclusi pauperes in illis locis sedebant, quæ sibi a Clericis, eorum curam gerentibus, assignata erant, Arianis autem intolerabile videbatur, quod a Catholicis abundanter stipem acciperent, ideo viduas impactis calcibus ejecerunt, & eleemosinam dantes ad Sebastianum tanquam gravis delicti reos detulerunt; ipse utpote Manichæus, & hoc ipso pauperum, & eleemosinæ hostis, hos accusatores benigne excepit. Erat ergo tunc novum, & inauditum criminis genus, miseris succurrisse. Hac crudelitate Ariani omnium hominum invidiam contraxerunt, eosque ipsi Gentiles, ut infames innoxiorum carnifices execrabantur. Cæterum hic videmus pauperes in Ecclesia habitasse, id est, in ædificiis contiguis, aut certe locus ibi erat assignatus, quo eleemosinas acciperent.

Sæculum IV.
A. C. 356.

§. XXXIII.

Episcopi Ægypti expulsi.

Persecutionis furor ex urbe Alexandria in totam Ægyptum, Lybiamque pervasit. Missum erat a Constantio Decretum, ut depulsis Episcopis Catholicis, Ecclesiæ Arianis traderentur, quod Sebastianus strenue exequi cœpit, datis ad Prætores inferiores, & Duces militares litte-

Apol. 1. p.
697. Ad So-
lit. p. 857.
858.

Sæculum IV. litteris. Ergo Episcopi capiuntur, Pres-
A. C. 356. byteri, & Monachi, antea prope ad ne-
 cem verberibus affecti vinculis oneran-
 tur; tota Provincia turbatur, populus
 tam ob legis iniquitatem, quam rigorem
 executionis murmurat, quamvis enim
 Principis mandatum non aliud ferret,
 quam ut Patria pellerentur, tamen trans
ad Solit. p. externas Provincias in remotissima, &
 863. situ horrentia deserta trahebantur, nem-
 pe, qui in Lybia habitassent in magnam
 Oasin Thebaidis, qui in Thebaide in Ly-
Apol. i. p. biam Ammoniam. Ita viri senectute ve-
 692. nerabiles, multorum annorum Episcopi
Ad Afric. affligebantur, quorum aliqui a tempore
 p. 940. S. Alexandri, alii S. Achillæ, & alii S. Pe-
De fuga. p. tri, qui Martyrium ante quadraginta quin-
 705. que annos subierat, Episcopali Dignitate
 fulgebant. Eo fine per tot deserta du-
 cebantur, ut in iis perirent, nec enim
 ægrotantium ulla erat miseratio, nec ideo
 mollius, aut lentius vehebantur, sed fe-
 retro impositi raptabantur, & sequeban-
 tur habentes instrumenta, quibus defun-
 cti in via sepelirentur. Quosdam in lo-
 co exilii fata rapuerunt, quosdam in via.
 Fuit, cujus extincti corpus auferendi li-
 centia propinquis ejus denegata est. Hoc
 modo ferme nonaginta Episcopi vexati
 sunt, nempe ferme quotquot in Ægypto,
 & Lybia numerabantur. Sedecim fuere
 proscripti, ultra triginta pulsi, non nulli
 metu

metu victi mentem dissimularant, hos inter Theodorus Oxirincius legitur, qui a Georgio secundo ordinari sustinuit.

Sæculum IV.
A. C. 356.

Marc. &
Faust. p.

Inter Episcopos proscriptos erat Dracontius, cui, ut Episcopatum susciperet,

777.

persuadere tantæ molis fuerat, atque inter Episcopos persecutionem passos, illos

rursus invenimus, quorum exemplum ei S. Athanasius sequendum proposuerat,

Sup. §. 12.
Ad Dracon.

quod e Monasterio ad Episcopatum fuerint assumpti; Dracontius in Deserta

p. 957.

prope locum Clysmia dictum in littore maris rubri missus, & in castro Theba-

tensi inclusus, ubi ad eum S. Hilarion in-

visit. Idem etiam inuisit ad Episcopum Philonem, Babylonem in secunda Augu-

Hier. vita
Hilar. c. 25.
inf. §. 37.

stamnica relegatum. Adelphius Psin-

blam in Thebaide sitam missus est, atque

is fuisse creditur, ad quem S. Athanasius dedit epistolam, ut illum Arianorum er-

rorem refelleret, dicentium; Jesu Christi carnem non esse adorandam; in hac

epistola probat, Christi carnem esse adorandam, qui Divinitati unita est, & soli-

de in Jesu Christo unitatem Personæ, non obstante naturarum distinctione, demon-

strat. Adelphium nomine Confessoris honorat, inde hæc epistola post ejus exilium scripta creditur. Presbyter Hierax,

Hier. de
Script.

cui S. Athanasius epistolam suam communicari permittit, e numero Confessorum exulantium erat. S. Serapion quo-

que

ar, Pres-
oe ad ne.
oneran-
populus
rigorem
vis enim
d ferret,
nen trans
fima, &
ur, nem-
magnam
de in Ly-
Etute ve-
Episcopi
tempore
alii S. Pe-
nta quin-
Dignitate
serta du-
nec enim
nec ideo
c, sed se-
equeban-
us defun-
am in lo-
m in via.
erendi li-
est. Hoc
i vexati
Egypto,
im fuere
non nulli
metu

Sæculum IV. que Thmovitanus in eadem persecutio-
 A. C. 356. ne multa tulit. Quædam Monasteria
Ad Solit. everfa. Multi Monachi in tanto Aria-
 p. 856. norum furore vix flammæ effugerunt.

§. XXXIV.

Episcopi intrusi.

ibid. Apol.
 p. 693.

Ad Solit.
 p. 863.

In Sanctorum Episcoporum locum per-
 diti juvenes sufficiebantur, adhuc Pa-
 gani, aut vix satis Catechumeni, non
 nulli bigami, alii gravioribus criminibus
 infames. Solæ, & necessariae ad Episco-
 patum obtinendum dotes erant, Aria-
 nam hæresin profiteri, divitem esse, & in-
 ter suos potentia sæculari prævalere.
 Episcopalem Dignitatem emebant, haud
 secus, ac in foro publico alimenta solent.
 Perfecto emptionis contractu Ariani as-
 sumptis militum præfidiis clientem suum
 eligi curabant, & in possessionem mitte-
 bant. Plerumque Decuriones, aliique
 Civitatum Magistratus hoc ritu in Episco-
 pos eligebantur, ut prima sede, & exem-
 ptionibus frui possent. Ad tales pro-
 data pecunia recipiendos promptissimi
 erant Meletiani, qui SS. Scripturas rarissi-
 me legebant, vixque Doctrinæ Christia-
 næ Summam didicerant. Hi Episcopi
 nec muneris sui præstantiam, nec veræ,
 falsæve Religionis diversitatem intellige-
 bant, ex Meletianis facile Ariani fiebant,
 parati,